



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomiae, siue Noctes
Ivniae Entheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

Clarissimo, Nobilissimoque viro, D. Iacobo Maripetro, Patricio Veneto &c.
Nicolavs Revsnervs S. P. D.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

eret
n; a
ab a
mili
et, i
ener
offic
tū fu
t plu
imem
go tun
citan
iam
volu
perip
pidin
iod n
ad n
ruant
nt. A
i silen
erpro
XX

CLARISSIMO, NO-
bilissimoque viro, D. Iacobo
Maripetro, Patricio
Veneto &c.

NICOLAVS REVSNERVS S.P.D.



VAM HONORI-
ficè, & amanter de me &
sentire, & loqui soleas;
Maripetre clarissime: su-
perioribus ad me literis
prolixè satis perscripsit
Ieremias meus: ex quo te
non vulgariter & amare, & colere cœpi.
Nunc verò quum eandem erga me volunta-
tem tuam, & sententiam confirmet epistola
tam lepida, & tam liberalis: dici profectò nō
potest: quām vehementer ea meam incende-
rit cupiditatem, amicitiæ tecum, vt spero,
perpetuæ, atque immortalis constabiliendæ.
Cuius tu quoniam mihi quasi fores aperui-
sti hoc officio tuo liberali: magnam equidem
tibi debedo gratiam: & occasionem cupidè
complector; quam mihi benignè offers: cu-
pioque omnibus in rebus me tibi eum præ-
stare, quem vis; & quem gratum hominem,

A 3 obser-

N
obseruantemque decet: vt ex mea amicitia
& ex tuo in me officio, magnam, & perpen-
voluptatem sis capturus. Nam vt honoris
cum mihi, & gloriosum esse duco; amicitia
cum eo colere; qui & suapte virtute ornata
& maiorem suorum, quos Principes &
ces fuisse Venetos constat, gloria commendata
tus est: ita merito amo, & magnificatio de-
stinam, atque sapientiam tuam; cum natu-
ra comitate, ac suavitate singulari coniu-
ctam: quarum rerum satis illustria documen-
tum habent literae tuæ: quibus nihil mihi acci-
re potuit optabilius, aut jucundius. Quod
malo, quam verbis aliquando declarare:
terim vt de omni sensu meo rectius judicem
pagellas quasdam tibi mitto; amoris erga
mei testes, & veluti obsides mutuas: quae
optimam partem te accepturum; & volum
tem hanc erga me tuam, quam literis expo-
sisti, perpetuò conseruaturum, & opto,
& spero. Vale. Lauingæ. Cal. Quin-
til. M. D. XXCI.



NICO